274)

D. Jacobo Grynæo D. S.

Salutem. Heinricus ille Lippiensis Theologiæ Candidatus mihi reddidit, Vir Clarissime, Frater in Domino honorande. Eum tuâ causâ magis etiam officiis, quibus potero prosequar, quem alioquin præter doctrinæ ἐπανόρθωσιν charum eram habiturus: Quanquam vix ultra mundi=pas hîc subsistere cogitet. Non mirum D. Bezam catarrhis affligi; solet enim ætas decrepita humido ἐκ τοῦ πόλου depasto per siccitatem suam humidum magis appetere, quod materiam destillationibus suppeditat, ipsam etiam cerebrum exsiccatione suâ solet fieri magis excrementosum. Imò pro magno habendum puto, sive miraculo, sive beneficio Dei, quod minùs hac hyeme valetudinarium Ecclesia habuit hunc virum inter catenatos tot annorum labores. Oro Deum, ut has reliquias superioris sæculi verè heroici diutius nobis servet: et decedenti de statione idoneum successorem excitet. D. Polano gratulor spartam tam præclaram, quam nemo magis ipso ornare poterit. D. Vorstius Bentheimensem Professionem suscepit, meo et Amicorum suasu. Sta Deus etiam isthic literas plantabit, et veritatem stabiliet. Gliscentibus portentis fanatici illius Georgii necessarium erit remedium, quod dicis. Habeo scriptum illud Muhlhusii anno 1560. excusum, quod mihi hactenus in pretio fuit propter raritatem. Hubery Spira adhuc hæret. Spirenses quasi lupum auribus tenent. Hinc enim ejicere hospitem audent, causidicis paucis, et quibusdam ex plebe charum; nec propter

ingenii turbulentiam & vicinorum iudicia retinere. D
mordebit eos in sinum paulo post angais iste. Mihi nebu
ille, nescio quam excarnificationem minatq nuper est. Ex
+ h. e se excarnificaturum D. Parèum. wollr dem Paréo die haut über die Ohr zieh: quia Pel
gianismum ipsi objecerant. Sed non metuo fulmen ex p
vi. Schopperûs Ambergensium Doctor Lutherang nüper
misit libellum περὶ ἐυδοξίας / Ehrobe-Künst appellat
cum duabq conciombq de coenâ Sacrificias nostris Heidelb
gensibq objicere conatur. Ideò responsum nihi fuit in
junctum, quod jam nisi Amberga: fortè ad nundinas
prodibit. Ita cogimur ab istis bonas horas pessimè loca
in eluenda cranbe toties recoctâ. Vale vir Reverende
& frater honorande. Deus te nobis & Ecclesiæ cum hono
randis Collegis tuis diù servet. Accipe exercitationem
mei filii Philippi, cujus studia paulò post volente deo
vobis commendabo. Heidelberga 17. Aug: 1596.

275) PANTALEONI CANDIDO Salutem D. Pareus.

**Quominus ἀναπολογήτως nostra in Neopapicum illum
Doctorem facerq prodierint, causam aliquoties ex me audivi
sti. Obstat S. C. cui dum nos nolentes volentes carerq, alii
interim veritati et nobis insultant multi. Contra Beamleran
quid nisi cranbem bis coctam reponit? Nox tamen ita planè
ineptè, quam corruptissimorum stomachis sapiat. Illustrissimus
noster hinc abiens cogitabat cum Principe ejus de istâ impor
tunitate ejus agere: et nunc ajunt Amberga eos unà esse.
Sed quis à vanis silentium? VIII. Februarij Elector cum suis in
templo urbis primario frequente satis coetu communionem fecit
Apophthegma appositum amicq nihi narravit. Elector in hunc
ingressu